ORATIO
S. CHRYSOSTOMI
De
ECCLESIA ET MYSTERIIS.

EDita hæc fuerat Baſileæ, anno MDLII. Martino Cromero interprete: Reviſa deinceps à Frontone Ducæo Burdegalenſi, Societatis Jeſu Theologo, ex Bibliotheca Francorum & Navarræ Regis exhibita, Tomo Sexto Operum hujus Patris pag. 666. & ſeqq. editionis Pariſienſis inſerta, ac denuò in ἀποτυπώσει recentiore Wuſtio-Francofurtana Homiliarum Tomo Sexto col. 623. & ſeqq. orbi literario eſt impertita. Nobis in præſentia potiſſimum arriſit verſio Matthæi Dreſſeri, quam lib. I. Gymn. Linguæ Græcæ pag. 96. & ſeqq. traditam, & Orationem ipſam, ad parandam Græci ſermonis copiam atq; facultatem utilem, ſimul recuſam voluit.

Argumentum Orationis, eodem Dreſſero autore.

Titulus argumentum indicat. Arguit enim Eccleſiæ contemptores, & ad ſedulum myſteriorum cultum hortatur. Eſt igitur partim ἐλεγκτικὸς λόγος, *partim* παραινετικός.